UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Marci Apostoli & Euangelistæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library

Erat enim in colle ſuperpoſito ciuitati concretus denſatis vepribus locus, ibique in modum ſpeluncæ concluſa frutetis ac ſentibus vallis latebat, cuius in deceſſu venerabilia corpora magna Chriſtianorum deuotione condita ſunt. Qui locus multis magniſque ſanctorum virtutibus clarus & admodum celebris effectus eſt. Nam cùm inſequenti tempore Lugdunenſis populus morbo ſæuiẽte paſſim corrueret adoleſcens quidam claris natalibus ortus, vi febrium valdè ſuccenſus, viſione admirabili commonitus eſt, vt remedium à muliere, apud quam martyris Epipodij calceamentum ſeruabatur, expeteret. Paruit ille ac mulierem adiens per quaſdam martyris exuuias ibidẽ relictas febrium ardorem extinxit, ac integrę ſanitati ſine mora redditus eſt. Quæ virtus fidei atque ſanctorum per vniuerſam deindè ciuitatem ſperſa plurimis & animæ & corporis ſanitatem attulit, ac fuſis fugatiſq; dæmonibus ſolida pietatis fideique fundamenta collocauit.

Miracula ad ſanctorũ martyrũ ſepulcrum.

S. MARCI APOSTOLI ET EVANGELISTÆ *vita & martyrium. ex ea quæ eſt apud Metaphraſtẽ. Migrauit ex hac vita octauo Neronis anno, ſepultusq; Alexãdriæ Anianum habuit ſucceſſorem.*

QVo tempore Apoſtoli per totum terrarum orbem ſeminãdi euangelij cauſa diſperſi erant, Marcus Petri filius & ſocius, egregius diuinorum myſteriorũ nuncius AEgypti regionem euangelij face illuſtrandam ſuſcepit. Poſtquàm enim per principem Apoſtolorum, cuius doctrinam attentis auribus ſedulus diſcipulus hauriebat, Chriſtus genitus eſſet, geſtaque Saluatoris ex magiſtri ac præceptoris ſui ore excepiſſet, rogatuſque à fratribus

25. Aprilis

S. Marcus S. Petri diſcipulus.

S. Marcus ſcripſit Euangelium. Conſtituit eccleſiam Alexãdriæ.

eadem literis optima fide mandaſſet, ſtatim a...
pto Eu ngelio à ſe conſcripto, perrexit Aegyp...
ac primos Alexandriæ Chriſtum annuncians...
ſtituit eccleſiam, tanta doctrina & vitæ con...
tia, vt omnes ſectatores Chriſti ad exemplum...
cogeret.

Venit Cyrenem.

Et quidẽ vt primùm in Cyrenem Pentapol...
bem venit, cæleſteque Chriſti regnum magn...
tute prædicauit, protinùs ingentia ibidem m...
la, ad populi perfidiam expugnãdam patra...
rimoſque ſtupendis rerũ factis à tenebris ad...

Multos conuertit.

adduxit: ac poſtremò ab omnibus delictis p...
ſalutarem expiatos in Chriſti Eccleſiã intro...
Ibi verò quanquàm fructus minimè pœnit...
ceret, indieſque de inimico præclaram victo...

Abit Alexãdriam.

cineret à diuino tamen ſpiritu Alexandriam...
iuſſus eſt. Nec mora. Generoſus & fortis...
prompto alacrique animo ad ſtadium, de...
bus eum ad nauim fratribus, properauit.

Cumque inſequenti luce ſecũdo admod...
to Alexandriam appuliſſet, factaque deſce...
bis portam, ad locũ qui Mendion vocatur...
ſus eſſet, ſoluto ibidem pedis eius calceam...
ſiſtere nonnihil coactus fuit: viſoque vet...
ceamentorum ſutore ei ſuum reficiẽdum...
Ille verò diuino proculdubiò nutu magis...
ſu ſiniſtram ſubula perforauit, exclamau...
nus eſt Deus. Quo audito beatus Marcus...

Sanat manũ ſutoris.

intellecta in humum deſpuit, factoque ex...
lo luto manum illius illiniens: In nomine...
Ieſu Chriſti viuentis in ſecula eſto ſanus...
citiùs manus ſanitatem conſecuta eſt. Q...
cio pariterque potentia confeſtim perm...
Marcum Apoſtolum ſummis infimiſque p...

ad ſuas ædes inuitare cœpit, ac obnixè rogare vt communi ſecum menſa frui dignaretur. Apoſtolus ex ſutoris beneuolentia ac animi præcipuè candore gauiſus plurimùm, Dominus, inquit, dabit tibi panem vitæ cæleſtis.

Intereà ſutor tacitus ſecum multò magis orationis efficaciam habitumque virtutis in beato Marco admirari atque ſuſpicere cœpit. Cumque fuſis primùm in ipſo domûs ingreſſu ad Deum precibus accuberent, mutuiſque ſermonibus ſeſe recrearent, Anianus, hoc namque ſutori nomen erat, Pater, inquit, obſecro quiſnam es tu? Et vndè tanta tibi orationis efficacia vt ſolo verbo repentè mihi ſanitatem impetrares? Cui diuinus Apoſtolus: Ego, inquit, ſeruus ſum Dñi Ieſu Chriſti, filij Dei. Vellem, inquit ille, Deum videre. Tum ſanctus Marcus: Illum ipſum tibi oſtendã. Cœpitque illi magna cum auctoritate ac gratia initium Euangelij ſecundum Matthæum exponere, totamque Chriſti generationem & oracula per Prophetas multo antè tempore prolata explicare: tanta cum animi eius delectatione, vt ingenti cum admiratione ac gaudio nunquam ſe eiuſmodi audiuiſſe teſtaretur: ſed Iliadem & Odyſſeam, quæ plurimùm ab ijs diſcrepament, ſedulò voluiſſe ijſque animũ oblectaſſe. Marcus verò longiori orationis ſeriè Chriſti Euangelium obtexens tanto amore animos omnium inflammauit, vt ipſe non modò Anianus eiuſque familia, ſed magna quoque regionis illius multitudo ad Chriſtum accederet, auideque cæleſtem diſciplinam à Marco allatam arriperet.

Sutor credit in Chriſtum cum multis alijs.

Cùm verò ciuitatis illius optimates de beati Apoſtoli aduentu certiores facti eſſent, cernerentque calcato deorum cultu ac neglectis ſacrificijs,

Alexãdrini cogitant ei necem inferre.

ſolum Chriſti nomen celebrari, hominesque p
fligatis antea moribus & infinitis ſceleribus p
tos, mutatis repentè animis, honeſtatis ac vi
ſtudium ſectari; conſilium ab inſita inuidia c
runt, quò ſanctum virum per inſidias opprime
ſimulque cum eo conſtitutam cęleſtis vitę diſ
nam extingerent. Quo cognito Marcus ne ſuo
te communem Chriſtianorum rem in apert

S. Marcus ordinauit Alexandriæ Epiſcopũ presbyteros & diaconos.

crimen adduceret, fuga ſalutari non tam ſibi
eccleſię conſulere ſtuduit. Igitur Anianum C
ana diſciplina optimè iam tunc inſtructũ &
magnisque virtutibus ornatum epiſcopum
uit, Malchum verò, Sabinum & Cerdonem p
teros: additisq; diaconis ſeptem, & alijs v
qui eccleſiaſtica miniſteria ritè obirent, Al
am fidei & pietatis operibus florẽtem reliq
ſusque Pentapolim repetijt.

Ibi annis admodùm duobus exactis, & e
pis clericisque per regionẽ illam conſtitutis
Alexandriam venit: vbi aucto mirabiliter
tium numero Chriſti Eccleſiam cunctis vir
mirificè efflorentem & egregio templo, in
loco, viſendo triumphantem inuenit: adeò
tritis idolis palàm iàm Græcorum inſani
narent; ac Chriſti trophæa in conſpectu
erigerent. Marcus verò ea re plurimùm g
lios item atque alios ſcelerum ſuorum t
infectos ac perfidia contaminatos virtutib
miraculis ad ſanitatem reuocare pergebat.
tos enim ſanabat, leproſos mundabat ac
credibili multitudine viſum pręſtabat. H
vt Chriſti fidelibus ſummam animi lętit
luptatem, ità perfidis idolorũ cultoribus
inuidiam conciliabant. Hinc rabie qua

furore agitati diuinũ Apoſtolum ad necem inqui-
rere cœperunt. Itaque die illo, qui Chriſti reſurre-
ctioni, ingẽti fidelium lætitia, ſacer eſt; quo die ne-
farij cultores Serapidis Dei ſui nefaria feſta cele- S. Marcus
brabant, Apoſtolus ſacris intentus myſterijs com- Miſſam ce-
prehenditur, iniectoque in eius collum fune, cum lebrãs com-
deriſionis clamoribus huc illucq; trahitur: tanto fu- prehẽditur.
rore & crudelitate vt copioſo ſanguinis imbre hu-
mum tingeret, ſtratosque lapides coloraret. Cumq;
animos hoc furore ad veſperã vſque inebriaſſent,
iterum eum in carcerem compegerunt: donec, quo Cõijcitur in
mortis genere de medio tollẽdus eſſet, decernerẽt. carcerem.
Ecce autem nocte concubia ingens terræmotus
excubantium animos ſubito terrore concuſſit, tan-
taque formidine compleuit, vt neque fugiendi neq;
conſiſtendi mentem haberent. Angelus autem Do- Angelus ei
mini immenſo coruſcans lumine, clauſis carceris in carcere
ianuis, beato athletæ aſtitit, animumque hiſce ferè apparet.
verbis mirificè recreauit: Serue Dei, en cæleſtis vi-
tæ liber nomen tuum conſignatum tenet, neque vlla
unquam obliuione hominum delebitur. Conſors
namque regni cæleſtis eris, & relictæ in terris reli-
quiæ non peribunt. Hac viſione mirificè exhilara-
tus Apoſtolus, ſublatis in cælum manibus, gratias
quantas potuit maximas, Chriſto egit, illiusque
nomen laudibus & hymnis celebrare non deſtitit.
Cumq; incredibili delibutus gaudio in diuinæ bo- Item Chri-
nitatis conſideratione diutiùs exultaret, eccè Chri- ſtus.
ſtus Dominus, figura illa, qua in terris cum Apoſto-
lis verſatus eſt, illi apparuit, dixitque: Pax tibi
Marce. Marcus verò interclusa præ gaudio voce
Domine, inquit, mi Ieſu Chriſte: ſimulq; diſparuit.
Mane autem facto gentilium multitudo eodem
adhuc furore ebria è carcere eum rapuit, rurſusque

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iniecto in collum fune eum protrahens clam…
Trahamus bubalum in bubulci ſtabulum. At …
cus ea contumelia ſupplicioque nihil motus …
res Deo ſine fine gratias agebat, exclamanſque …
Migrat è vita. manus tuas, Domine, commendo ſpiritum me…
impollutam inter carnificum manus Deo an…
tradidit. Gens autem indomita & effręnis co…
vndique ſarmentis raptim pyram ingentem …
uit, vt ſacrum corpus flãmis illis abſumeret. …
uina prouidẽtia repentè excitatus turbo, cum …
rendis tonitruis ac crebris fulgetris omnem …
tudinem in effuſam fugam compulit, immi…
de cęlo imbribus ſublatas in altum flãmas ex…
Sepelitur à fidelibus cũ honore. Tunc Chriſtiani ſecretas à cineribus viri ſan…
liquias magno cum honore ac gaudio collig…
collectaſq; cum precibus ac hymnis in mo…
tum è lapidibus exciſum intulerunt.

Fuit autẽ B. Marcus primus omniũ qui in …
pti Alexandria Chriſti Eccleſiã ſuo ſanguine …
Forma S. Marci. gnauit: Vir canis aſperſus, oblõgo naſo, ſu…
ſupercilio, pulcher oculis, recaluaſter, proli…
ba, velox inceſſu, habitudinis optimę, gratis …
affectiõe continẽs, ac gratia Dei repletus …

MARTYRIVM S. BASILEI EPISC…
Amaſeæ. ex ea quæ eſt per Iohannem Presb…
Nicomediæ ſcriptum. Extat in Metaphraſt…

26. Aprilis. CVm deuicto Maximino impio Chriſti…
hoſte Licinius totum ſub ſe Orientem …
iugaſſet, pacemque tyrãnorum armis …
ſecutionibus fugatam diuina virtute quaſi …
minio reuocaſſet, accidit vt protinùs, vel pro…
rerum ſucceſſibus elatus, vel dæmonis ſtimu…
Chriſtianam Rempub. pace & otio con…

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN